BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 97
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

xpm. ee. non credunt. sed multo demencius erunt arriani qui cum ihm & xpm. ee. & peccata posse dimittere euangelii uerbis deuicti negare non audiant. nihilominus tamen dm negare non timent. Ad ipsos per fidos saluare desidentes & occultorum cognitione & uirtute operum dm se esse manifestat.

Respondens enim dixit ad illos quid cogitatis in cordibus uestris.

Eidem namq: do. qui dicit ego sum ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas. sapientissimus. ad monstrat. Tu enim solus nosti corda omnium filiorum hominum. Ad me ergo inquit maiestate & potentia qua cogitationes uestras intueor possum & hominib: delicta dimittere. ex uobis intellegite quid paralitico consequatur.

Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata an dicere surge et ambula.

Utrum sint paralitico peccata dimissa solus nouerit qui dimittebat. surge autem & ambula tam ille qui surgebat quam hi qui surgentem uidebant ad probare poterant. Fit igitur carnale signum: ut probetur spirituale.

Ut autem sciatis quia filius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata.

Si dis. e. iuxta memoratum esaiae testimonium qui delet iniquitates nostras & filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata. Ergo idem ipse et dis & filius hominis. e. ut et homo xps p diuinitatis suae potentia dimittere peccata possit. & idem dis xps p humanitatis suae fragilitatem pro peccatoribus mori.

Ait paralitico tibi dico surge tolle lectum tuum et uade in domum tuam.

Spiritaliter de lecto surgere. e. animam se a carnalib: desideriis ubi egit qui escebat abstinere. Lectum uero tollere. e. ipsam quoq: carnem p continentiae frena correctam. spe caelestium p minorum delicias priuare terrenis. Ipse. e. enim lectus quip singulas noctes lauat adauid. Id. e. puniuns cuiusq: noxe maculis dignos paenitentiae flumine castigatur.

Sublato autem lecto domum ire ad patrem disum redire est. Ipsa. e. enim uera domus quae homini e primas suscepit non iure amissa sed furtude. Tandemq: restituta p eum qui furtu dulento hoste nihil debuit. Alter sanus qui languebat lectum reportat domum cum animam peccatorum remissione accepta ad interna sui custodia cum ipso secum pore refert. ne post uenia quid unde iterum iuste feriatur admittat.

Et continuo surgens coram illis tulit in quo iacebat et abiit in domum suam magnificans dm. et cetera.

Ipse diuinae potentiae uirtus ubi nulla temporis interueniente morula iussa saluatoris salus festina comitatur merito qui ad fuerunt damnatis blaphemiae iaculis ad laudem tantae maiestatis stupentia corda conuertunt.

Et post haec exiit. Et uidit publicanum nomine leui sedentem ad theloneum et ait illi sequere me.